



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de
Antverpiæ, 1649**

Quinto die Martis Quadragesimæ. Homilia Trigesimasexta. De secessu Christi in Galilæam. Ambulabat Iesus in Galilæam: non enim volebat in Iudæam ambulare &c. Ioan.7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

non respondemus, & ad eius clamores obsurde-
cimus, & tactus dolore cordis intrisecus, cum
sati deficiamus, nobis ille vias offerit aquas: nos
autem illas peruersi repudiemus: Hæ sunt eius
voces: Si quis sit, veniat ad me, & bibat. Illa spe-
Isa. 55.1. Etat variis Ilaicæ verba: Omnes sicutem venient ad a-
In ca. 55. quas. Notar D. Hier. quod in Hebreos sit quadam
Isa. To. 5. interiectione, quæ apud Hebreos eximum deno-
rat dolorem & compassionem? Heu qui sitis, ve-
nire ad aquas. Metaphora sumitur ab eo, qui me-
dius stat inter mortuos à serpentibus, & apidibus
sunt morientes, cuius hoc omne studium esset, ut
anxia nimis diligenter aquam inquireret, si for-
te fontem iminetret aquas ebullientem suaves,
recentes, refrigerantes, illasque sibi inibus offer-
ret: & quidem gratis: videbat autem neminem acce-
dere, bibere velle neminem, immo potius cunctos
conum magna molesta, & sudore effodiens
illudque inter manus compertentes, si forte vel
aquas guttæ elicenter, que vel non effluent, vel
luso foret & malefana: quo cordis dolore, &
commiseratione exclamaret? Heu amici mei, siti
persentes, attendite, quod vbi aquas queritis, eas

S V M M A R I V M.

HOMILIÆ TRIGESIMÆ SEXTÆ SEQVENTIS.

HODIERNVM Euangelium ad tria puncta reuocatur. In primo Domi-
nus ab Euangelista scribitur in Galilæa, profugus à Iudea timore
mortis, quam illi in Iudea Iudei inferre moliebantur: ut enim eum a-
llas nobis ostendit diuina virtute fortissimum, sic modo describit il-
lum humana timidum infirmitate. a. declarando veram fuisse huma-
nam naturam quam assumpserat ex eiusdem effectibus, quos ad sui nominis assump-
fit gloriam, nobis autem ad gloriam & emolumenntum. b. Inter hos timor censemur
mortis, quo perculsus sapientis se subduxit. Primum, demonstrans assumptionem humanae
naturæ veritatem. c. ac licitum esse Christiano fugam aliquando capessere tempore
persecutionis. d. Secundum, pericula nobis esse declinanda. e. qui namque hoc mini-
mè agit cum possit, vultque ut Deus eum eripiat, tentator hic est Dei, vt exponit D. e §. 6. 7.
August. & facta Sanctorum nos instaurat. f. Tertiū, nos docet, qua ratione nos o. f. §. 8. 9.
porteat opera nostra bona peragere divina in omnibus conformes dispositiones. g. In g. §. 10.
secundo punto quidam Saluatoris traductum parentes, qui nondum in illum
credebant, eum adhortati ut Hierusalem tenderet, proprij lucræ cupidissimi: frequens
hoc est admodum mundanis parentibus. h. Quibus respondet Christus illis primò de- h §. 11. 12.
clarans quod gloria sua mysterium ignorant, per crucem explenda. i. nos pariter ini- i §. 13
buens, ut tempus nobis concessum utiliter transfigamus, cum modicum sit. k. Eisecon- k §. 14. 15.
16.

O o o o 2

dō

dō causam illis aperiens cur eum mundus execraretur, quia scilicet nudam claram.
 §. 19. 18. que predicaret ipse veritatem. I. In tertio puncto Christus proponitur ascensus oce-
 m §. 19. culte Hierosolymam, sicut aliquando in animam nostram venit abscondite, m.

§. 1. D. Ioannes ut Angelus ascendit & descen-
 dit per Christum, in eo diuinam nunc expo-
 ne naturam, nunc autem humanam.

§. 2. Ambulabat Iesus in Galileam. Af-
 sumpsit Dei filius naturam humanam cum
 timore, & pater illius: quia sic glorie sue &
 bonorum nostro conueniebat.

§. 3. Assumens Dei filius timores nostros & pae-
 nus, illas deificauit, & sanctificauit in no-
 strum commodum: ut docent D. Damascene.
 & Card. Caetano.

§. 4. Timet Christus, & se subducit, vt veram
 suam ostenderet humanitatem, & quam
 vere dolores penasq; sentiret.

§. 5. Christus sededit, vt confirmit esse lici-
 tum Christiano tempore persecutoris que-
 querere latibulum.

§. 6. Christus pericula formidat, vt nos in illis
 reddat formidolosos, et fugiamus.

§. 7. Tenetur homo vitare pericula, sibi q; caue-
 re, ne vita fiducia decipiat.

§. 8. Qui non fugit occasiones, tentat Deum, se-
 cundum doctrinam D. Augustini, nec debet
 absolui.

§. 9. Confessarius penitentem de periculis e-
 ducat occasionibus, sicut Moyses populum, vt
 ilium de Pharaonis servitute liberaret.

§. 10. Predicatum confirmatur Historijs notau-
 digni SS. Iacobi & Martiniani Anachorita-
 turum.

§. 11. Non volebat in Iudeam ambulare.
 Fugit Christus: quamvis enim mortem opta-
 ret: hac tamen non erit, nisi horum a Patre
 praefinita, nos docens, qualiter opera nostra
 bona faciamus.

§. 12. Dixerunt ad eum fratres eius: Vade

hinc &c. Nonnulli de Christi parentibus in
 fide deficiebant, atque de eo credebant, quod
 hinc esset ambitiosus, & illinc pusillani-
 mis.

§. 13. Voluerunt parentes illi Christi parentelam
 ad suu trahere emolumenitum: frequens est
 hoc in mundo.

§. 14. Tempus meum nondum aduenit.
 Fratres illi non intelligebant de Christo,
 quod exaltationem suam in Cruce fundaret,
 sicut serpens in stipite: Hoc ipsum nos intel-
 ligamus.

§. 15. Tempus meum nondum aduenit:
 tempus autem vestrum &c. Deus ut a-
 gat cum hominibus, aliquando tempus ex-
 pectat; sed homo potest in omni tempore cum
 Deo agere: & impudenter est illum detinere
 expectantem.

§. 16. Tempus vestrum semper est para-
 tum. Tempus tuum modicum est: illud salutis
 tua sollicitus impendit: quandoquidem illud
 diabolum reddat in tui perniciem valde dili-
 gentem. Balene comparatur.

§. 17. Tempus vestrum &c. Diabolus, quo
 nos perdat, attendit modicum sibi esse tem-
 pus: ut illud quoque considera, quo te salves,
 & miscipulam, quam vidiit Amos reforma-
 da.

§. 18. Non potest mundus odisse vos &c.
 Oderant illi Christum: quia perfectam & ar-
 tam proponebat illa veritatem, quam mun-
 dus ordinarie per horrescit.

§. 19. Ascendit Christus ad festum abscondit
 & eo modo quandoque ad tuam ingreditur
 animam.

HOMI



HOMILIA XXXVI.

DE DECESSV CHRISTI

IN GALILÆAM.

Quinto die Martis Quadragesimæ:

Ambulabat Iesus in Galileam; non enim volebat in Iudeam ambulare &c. Ioan. 7.

HRISTUM Dominum nostrum meum legimus inimicorum suorum secessisse, qui in eis iam necem conspirabant; multum diffetti haec actus ab hesterno, in quo se ferte, adeo ostensit inimicis, ut ne dum solo vocis sua imperio ministros abegerit, & fasellies, qui praedicanter in templo capniri conuolauerant, sed & iuvenes ipsos conuertit suoque rediuit prædictores, & diuinatis sue tubicines, remisit ad ipsos principes, à quibus missi fuerant, cum expressa protestatione quam illis affectebat, fecurritas, ne frustra in proemranda eius morte laborarent: etenim illam non subiret quando ipsi vellet, sed quando daret ipse mortis licentiam.

Hodie se subducit & abcondit, & quasi sub umbra testorum proreditur, sibi cauens: eo non ignoraret, quod Iudei illi struerent insidias, quod quibus eum caperent & occiderent. Tanta terribilis mutatio, magna sine dubio præferrit Sacramenta. Ambulabat Salvator noster sic diuinus ille scribit historiographus D. Ioan. Inter diversa provincias Galilææ loca, Iudeam delerens: non ignorans pertinacem Iudeorum persecutionem, qua perderent eum homicida: hac igitur de causa moratur in Galilæa, ubi eis erat Nazareth, in qua plures habebat, qui vel erant vel dicebant se eius esse cognatos: vel qui sanctissimæ Matri eius affines erant, vel sanctissimo Ioseph, quem patrem eius arbitrabantur: ut autem viderunt Christum velut nescio quo timore perculsum, quodque iam sollem imminet: tabernaculorum unum ex tribus solemnissimis fessis illius temporis, in quo cuncti tenebantur Iudei ascendere Hierolymam illud celebratur: cum

accesserent, dixeruntque illi quid hic incerto vagaris lare? Quid hic in angulo latet talis, qualiter similem non inuenimus? si mundi tibi quæris auctoritatem ut quid te fugiimus. abconditis? Si signis præfulges adeo mirificis acclamante tibi mundo, ascende Hierusalem, quo totus iam conuolat mundus, feli iam proximi occasione, ibique in conspectu omnium talia operata prodigia, & nomen famamque tibi comparabis tota regione celeberrimam: & in nostrum hoc modicum cedes emolumenum & gloriam: viisque tibi qui sumus affines: quid illis Christus? tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum: vos mundus non exacerbar: unde non est quod timeatis: ego vero quam maximè, me eteum exhortescit in quo claram manifeste illi veritatem, ascendite vos ad diem felium hunc: ego autem non ascendam: ascenderunt illi, & confessum ipi Dñs ascenda non quidem palam, sed abcondit, sed carne, sed latenter, manifeste Hierolymis primis festis diebus abconditus: quanto autem die palam ascendit in templum præceparus & praedicauit: ut nobis testatus est di Martis præcentor Evangelista. Prædictis nobis Proph. reg. in illo psalmo, quem incepit Triumpho Christi, tales fuit doctis illius indissimi gressus, actiones, & itineraria, quoque mysticus plena Sacramentis, ut electi eius suos in illa reficerent oculos & studio perpetuerent ea singulare, quia Regis erant quia Dei erant, qui sedem in templo faceto sub fibi vendicata: *Viderunt ingressus iudeos Deum, ingressus Dei p. 67. 156* mei Regi met, qui est in Iudeo. Non enim hoc Ingreditur signum, quod habet militare & actiones vel stragemata signum, sed etiam ducis, qui quandoque holtem impedit, & quandoque se subducit: omnia vero hac singulam peragunt prudenter. O sanctissime Christe dux misericordie, Rex &

O o o o 3 Deus,

Deus, qui sedem tuam in templo hoc humanitatem sanctissimo collocasti, non habentes in ea velut in sola umbra, sicut in veteri templo; sed realiter & in veritate substantialiter: ut credimus Apolo tolo duo dicenti: *In quo inhabitant omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*. Admirandi sunt projecto iuri Domine, ingressus: etenim in quendam ut Deus & Rex potentia cunctis superior impetum facis: in alijs autem velut homo debilis & infirmus, in hac moratus: humanitate te füssuraris: & omnia quidem tantum prudenter, tantum sapienter: ut non parvum nobis materialiter contemplandi subministres: ratque in uno & in altero praeclera nos doces Sacramenta, quae addiscamus: oculos igitur nostros in illos dirigamus ingressus: hec spectauimus eum: inimicis insultantem & proprijs illos armis, id est ministeris superantem: quos diuina docuit mysteria, hec considerata; hodie vero certimus cum fugitiuum, alia non minora momenta nobis praegentem mysteria, sed nunc exponaenda: hec considerauimus illa, hodie vero haec investigamus, Deum exortantes, ut gracie sua luce nos dignetur illuminare: hanc autem obtinere nobis ecclesis illa mediatrix, si tuto corde supplices illi preces offeramus. Ave Maria.

S. I. D. Ioannes ut Angelus ascendit & descendit per Christum, in eo diuinam nunc exponens naturam, nunc autem humanam.

Gloriosus Pontifex Leo pari sanctitate & eloquentia notissimus, sic ut nomen obtineret, ut Cicero diceretur esse Christianus; aggressus est profundum declare In mylrium Incarnationis filii Dei, circa quod argumentum episcop. scriptit decretalem Flavianum Archiepiscopo Constantiopolitanum ex occasione diuulsa hæretici nomine Eutychis, qui veteres ab ergo resuscitans hæreticos Valentini & Marcius, aliasque Africanas docebat, Christo veram non insuisse humanitatem: supponit Pontifex hic Sanctissimum celestis huius Sacramenti profunditatem non tam confitente in illa vno quam conueniente diuina natura cum humana, quam in eius modo, qui difficultate adeo est, & atduis intellectu, ut ecclorum Regina Virgo purissima Maria merito ab Angelo per cuncta fuerit: quando haec vno in castissimis eius esset implenda visceribus: *Quomodo fieri istud? Angelus autem huius illi nolum aperit difficulta istum spiritui & ascribens, quasi per hoc pro-*

statetur, quod nec ipse licet Angelus, qui numerus diuinus est, tanquam Mysterij potest comprehendere celitudinem: ut enim apposite dixit D. Maximus apud D. Thom. *Latus etiam ipsos Angelos in effigie Domini conceperunt, atque modus, ad. 2.*

Intendebat hic hæreticus: quod quamvis natura diuina humana esset copulata, tamen hinc Eutyches resolutare: quod in Christo vera non manserit natura humana, sed consumpta fuerit eius essentia, negat eiusdem proprietates manipulū mantantem: flamme ignis, & res omnibus nota. **I.**

est, quod quamvis dum vniuntur ignis ignis est, Similitudo & similitudo stipula: sed quam primum illa sit vno, do-

vis ignis palea consumit infirmitatem, ut pa-

lea, iam noua sit vera palea. Si splendidus solis **III.**

radius vniatur, & apprehendat obfcuram ac Similitu-

tenet obfcuram vmbram, illi se copulat: sed illico do-

tora lux consumit obfcuras, siue lux a-

moenissima. Hoc profetebat argumentum hære-

ticus: Deus ignis est efficacissimus: *Deus noster Dnt. 4.24.*

ignis consumens est, tantumque violentia uehe-

mens, vt proxima queque sibi consumat: est

autem humana natura palea manipulus: hoc

etrem præcepit Deus, ut ex altissimi monis-

verice diuinus præco vates Italias intimaret:

Omnis caro saevum: Dū illi haec igitur aerebat Hæ-

reticus, virtus, uirtus, sober, & diuinitatis ma-

tas totam humanitatem consumpsit in firmitate me-

re illente dolor, nec cruciatus, nec mortalitas,

nec quidquam ex carnis infirmitate superfuerit:

verbū diuum lucis paternæ gloriae radius est

fulgurissimus: Splendor gloriae docet Apostolus: Hebr. 1.3.

humana autem opaca est & obfcura vmbra-

nā de maximè illustri vita dixit Iob: Fugit velut Iob 14.2.

vmbra illa dum coniunge, & evidenter patebit

(sic hæreticus) iustam remansuram vmbra, nec

humanitatis obfcuritatem: hoc est, non mortalita-

tatem, nec famem, non sitim, non timorem, non

angustias, nec vilam humanæ infirmitatis im-

perfectionem itaque sicut dum radius pleno lu-

mine virtutum illustrat, ignis vehementia sic opera-

tur ut totam consumat carnem, offla, & sanguinem,

& tantum nuda manet hominis apparentia, qui namque illum videt, verum videat sibi

videat hominem, licet verus non sit eo modo

(concluenda hæreticus) Verbum eternum, ut Ira-

dius efficacissimus sic apprehendit humanitatem

Hoc hæreticum redolat (inquit Leo Pontifex) ut hære-

apertissimam: ut autem eorum: hic condem-

natur, scriptit Pontifex hic ejus locum, ut dixi-

mus, Flavianum Archiepiscopum Constantinum, quam scri-

ptam est.

ptam corpori superposuit Principis Apostolorum D. Petri, atque per quadraginta dies ieiunus perfecit, orationi vacans Apostolum deprecatur ut si quid in ea esset minus prudenter scriptum corrigeret dignaretur: finito quadragesimæ tempore, apparuit illi Dominus Petrus aitque illi: *Legi & emendati.* Inuenit autem epistolam suam correctam, & emendatam, tantamque habuit autoritatem, ut recepta fuerit in concilio Romano ecclæsmico sexcentorum & triginta episcoporum; & Pontifex Gelasius anathemati subiecit omnes & singulos, qui hanc epistolam perfectè vslque ad ultimum ita recipere detrectarent: hanc veritatem, flaviane, doceri tibi iucubabit, quod nimis hæc vno diuinatis & humanitatibz facta est manente in toto & per totum vtraque natura, cum suis qualibz proprietatibus: *Salua proprieitate viriisque substantie suscipitur à maiestate humilitas: à virtute infirmitas: ab immortalitate mortalitas: & tanto facere viramque naturam censuit: vi. nec inferiorem consumeret glorificatio, nec superioriem immuneret assumptio, nec diuinitas consumetur humanitate, nec gloria peccata, nec immortalitas mortalitatem, nec carnis infirmitatem diuina fortitudine.*

D. LIO
Serm. 1. de
Natiue

V.
Miracu-
lum rebi-
Christi si-
gura In-
catatio-
nis.

Exod. 33.

Visio ostensa Moysi, quando Rubum ignis accedit, non adeo fuit oblitus, in eo quod ignis vmetur rubo: hoc etenim sat' est familiariter: sed ratione modi, qui talis fuit: vt cum ignis sit efficacissimus, & rubus vredine, spinisque obstat, non tam rubi vioretur aut frigiditatem vel in minimo laeti ignis efficacia, nec spinam consumpsit vilam, econtra nec viror rubi vel frigiditas in modico tepefecit ignis ardorem, & acutitatem: unde quod ait Moses, illud e-

*Vadam & video visionem hanc magnam, qua-
re non conseruatur rubus o. d. huius vniuersi mi-
raculum consistit in modo. Quomodo rubus ar-
det & Deus signis consumens est: humanitas autem rubus spinis obstat, passionibus, affectibus, cruciatus, & miserijs: Repletur multa miserijs: Famem patiuntur, fum, & labores: fatigantur, angustiatur, & sebdixit mortalitatem &c. con-
iunctus est & vnitus ignis rubo: quando verbum
enarratum est & habitanti in nobis: huic visio-
nis excellentia in hoc consistit illaque est quā
fidelis quisque & Catholice confiteri debet:
quod ignis manerit, nullam passus virtutis sua
diminutionem: & rubus pariter vetus rubus ne
minimum quidem de sua vredine dependens:*

explico me: Deus verus Deus suis diuinis perfe-
ctis proprietatibus gloriaz, omnipotentia, im-

mortalitatis, diuinitatium, maiestatis &c. ipsa vero humanitas vera humanitas & humanis suis integra proprietatibus famis, sitis, mortalitatis, timoris, angustiarum, dolorum &c.

Appositè ponderat D. August. mysticam [il. 3] lam scalam Jacob quæ ex via parte in tantam Lib. 16. do erigebatur celstitudinem, ut ad cœli vertices ascensio, c. 18. cenderet, ex altera vero ad infima terræ deperi. To. 4. Or. meretur per hanc ascendebant & descendebant 12. contra Angeli. Tantam admirauit Patriarcha visionem. Eaußum & declaratorus quidnam hoc esset, sic ait: *Ver è c. 18. &
non est hic aliud nisi dominus dei.* Et porta cali fer. 7. da Planum est. (inquit D. Augustin.) scalam hanc tempore, nostrum praesignasse Redemptorem: ipse nam VI. que sibi nomen hoc imposuit, quo se cœli portæ Scala Ia-
minimauit: *Ego sum stiūm &c. nemo venit ad Pa-
cōb eis-
trem nisi per me.* Mysteriosa scala, quæ ex parte domini est
vita sidera pertinguntur: verus sit Deus veram typus.
qui e habeat diuinitatem, per quam in omnibus &c Gen. 28.
per omnia aequalis est Patri: ex altera vero ad 17.
infima terra deprimitur, cum verus sit homo, Ioan. 10. 9.
nobisque sit similius: ut dicat Apostolus: *Debui per Ioan. 14. 6.
omnia fratribus affimari;* & hec est filii nostre.
Catholice professio: *Deus est ex substantiali artis, Hbbr. 2. 17.
ante secula genitus, & homo est ex substantiali Ma-
tris in seculo natus.*

Per hanc scalam ascendunt & descendunt VII.
Angeli: hoc etenim sautorum est exercituum. Quid sit aliquando in Christo diuinitatis illius considerare: ille, de-
re celstitudinem, maiestatem, gloriam, diuitias, cœlus
omnipotentiam: aliquando vero interiora pertinere & alcen-
tem, diuinitatis infirmitatem, paupertatem, sus-
tem, dolores, mortem & sepulturam. Iap il-
lum contemplatur magnum Deum in sūmū Pa-
tris, cœlos regentem: iam hominem matris
inter brachia, & virginali suspensum de pectoro
vlique ptaespicio reclinatum. frigore inter ani-
malia tremulum: nunc ascendunt: in cœlo son-
tem perennis considerantes gloriam, de quo &
per quem illum Angeli consequuntur, iam des-
cendent oculos illius considerantes fontes la-
terynarum, pro peccatis nostris vberimos, nunc
contemplantur illum in sede maiestatis: Iuxta ver-
stibus illi lucis & ineffabilis pulchritudinis ful-
gore item speciosissimus. Sic cœcinitates Regiuse
*Iudicari lumine fecit vestimento & decorem indu-
tus est.* Nunc illum perpendunt hic deorsum Ps. 103.
in aere nudum in Cruce pendulum, cuius
corpus vulnera sit peccarumque receptacu-
lum.

Quinimo & hoc arbitrio exercituum nos docu-
isse ipsum Salvatorem, dicitur: *Amen amen dico Ioan. 1. 5. &
vobis videbitis cœlum aperium & Angelos ascen-
dentes.*

entes & descendentes supra Filium Homina. Verba sunt hac quæ D. Aug. multa doctrina & subtilitate profectiuntur. In veritate dico vobis vide. & lib. 12. bitis celum aperitum &c. Mouent hic quæstiones contra nem Sancti Doctores. quomodo & quo tempore Faus. c. 26 hoc impletum sit: quando quis viderit Angelos

To. 5. ep. 6 ascendentes & descendentes supra Filium Homini

VIII. minis D. Chrysost. opinatur quod in resurrectione & ascensione Domini patenter apparuerint

Quando fuerint Angeli diuina hæc misericordia specientes my-

hoc im-

pletum.

Ho. 2. 18. stus declarare volunt illam continuationem,

Ioan.

Lib. 2. 10. dunt desursum Angelii cum donis celestibus, &

Ioan. 6. 21. sursum ascendunt orationes nostras, sacrificia, votaque deferentes. Et illud similiter quod per-

petuo & indeſinente postmodum hue de celo

descendentes nobiscum conuentant illumina-

do nos, inspirando, defendendo, protegendo,

succurrendo, quibus omnibus Dominus promis-

sum implet per vocem Zachariam sanctum

quod veniens in mundum nostro non modico

beneficio esset operatus: Circumdatum do-

mum meum ex his qui militant mibz, euntes & re-

uertentes, quinque hoc ipsum in missa profite-

mur, dum sic oramus: Iube haec perferrere manu-

S. Angeli tui conspectu adiuue. Majestatis tua

Dei. Domum hoc nobis ineffabilem ex filii Dei pro-

flavit incarnatione aduentuque in mundum,

quodque nobiscum habitauerit volueritque in-

ter nos, & nobiscum in venerabili Sacramento

permanere: quod si Dominus sic hoc ira fieri in-

dicauerit expedite, iam non est, quod Angeli

nostram designant conuenientem: nec est

quid eos temorentur, quin nobiscum velut cum

statibus amici conuentant, pro ut eorum

quidam Divi Ioannis confirmauit. Euangelista,

hoc credo significari per haec verba: Supra fi-

lium hominis id est, propter filium hominis: etc.

nim frequens est in facies litteris ponit adver-

bium Super pro propter: Sic Dic. Hieronym. no-

tat crebro sic locutum fusse Hierosolimam: Su-

per contritione (propter contritionem) populi mei

Mich. 1. 8. similiter Michaeas loquitur: Super

hoc (id est propter hoc) plangam & ululabo: scilicet

plorandum &c. Dicit igitur propter ipsum tantum

nobis obuenit bonum, ut iam nunc Angeli de-

sursum ad terram descendant, & sursum in ce-

lum ascendant facili nobis amici & intimi fami-

liares. Hæc omnis Christus infinitus.

Venimus etiam exposuit quod: veniens in mu-

dum celum aperiret: hoc est nobis celestia pa-

paterent mysteria, quæ prius latebant & erant abicitas: videlicet celum aperitum. Cumque fa-

etus esset Redemptor noster scala quadam co-

lestis ad celorum pertingens sublimata: quia ve-

rū Deus, & ad humilia tera descendens:

quia verus homo: perpetuum hoc est SS. exer-

citum, qui vita & spiritu imitantur Angelos. Quid sit

ascendere & descendere: nunc illam consideran-

do Deum omnipotentem, æternum gloriosum, & delé-

supremum fulgidum maiestatem: modò ut hominem deca-

nit in dolibus, mox pœnisque circumda-

num, & in nostra humilitate ac miseria abiectissi-

mum,

Hoc supposito declarat Doctor Angelic. Ie. In c. 3. ep.

gitinam verborum interpretationem, quæ ad Ephes.

Christus codem modo de leipo procul: Ego leip. s. in

sum ostium per me si quis introierit saluatitur: & princ. &

ingreditur, & egreditur, & pascua suuens: qua in c. 10.

ratione sum ego porta coeli, vt si quis per me Ia. 10.

introierit saluetur, & ingreditur & egreditur, Ia. 10. &

& pascua inueniet. Domine, qui per te introie-

rit, quid necesse est ut egreditur? si solus salue-

tur ingrediens: si quis per me introierit saluat-

tur, an qui fuerit egredens condemnabitur? gran-

duum mysterium. Christus ostium est ad latem

bonaque celestia: Ego sum ostium, & nemo venit

ad Patrem nisi per me: qui per viam fidem in-

gressus fuerit hoc ostium, iubatur: & in ea

perseuerans, hæc sibi sumet exercitia: vt ingre-

datur, & egreditur, & in vitroque pascua diuina

reperiet.

Qui sunt hi ingressus & egressus? ingreditur +

dimittatis meæ ponderando mysteria, & egre-

dunt humanitas meæ considerando humiliata. Qui sunt

tem & in vitroque diuina anima pascuis saturati: ingressus

bitur: Ingreditur. (sic D. Tho.) In contemplatione hi &

divinitatis, & egreditur in contemplatione humana gressus,

missus. Ex his doctrinam hauc colligit celestem D. Tho.

Theologice quod obiectum fidei nostra principi-

pa & duo sint, mysterium diuinatum filii art. 7.

Dei, & humanitas Christi Redemptoris. Haec

fides inquit D. Aug. stabilire voluit Dominus

noster: Semper hoc agit datus & factus suis ut Deus Tyatt. 28.

credatur, & homo. Et congrue quidem, at D. in Iaon.

Leo ferm. de Trans. Etenim unum esse altero Tom. 9.

non proderat ad salutem & virumque erat part. D. Leo.

ter confundendum: quia sicut Deo vera humanitas: Serm. de

ita homini invenit vera diuinitas.

Transfig.

D. Iaon. (ait D. Petrus Damiani,) velut cele-

stis quidam Angelus per hanc scalam nunc af-

D. Iaon. cendit, nunc decepitur, aſcendit nec moratur, do-nes qua-

nec ad thronum Sanctissimæ perueniat Trinita-

liter aſ-

tit, & filium consideret cum Patre diuinisque cendat

per. & deſcē-

dat super perfectum proprietatis: In principio erat verbum & verbum erat apud Deum, Deinde descendit in terram illum hominem signans, humanis predictum proprietatis: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Die Veneris tanta monstrauit illum diuina sortem potentia: Ut vocet ea que non sunt, tanquam ea que sunt: Lazarum de monumento reuocans, qui cum aures non habebat, iam enim in sepulchro computnerat illum tamen audiuit, & unus ac sanus de sepulchro progrederit: & ibidem ostendit illum sic in humanis infirmis, ut ploret, ingemiscat, & doloris prodit argumenta, sicut tuu diximus. Die Sabbati illum perpendit, ut diuinum solem, & lucem eternam, principium & fontem luminis, dicentesque: Ego sum lumen mundi. Die Dominico hominem proponit Pharisæorum insidiis declinavit, ne ab eis lapidaretur: Jesus autem abscondit se, & exiuit de templo. Heri ascendit, illum representans ut Deum, sic humani cordis Dominum, ut de illo quilibet faciat & pro liberis voluntatis sui transferat illum muteretur beneplacito: nee non tantum ostendit mortis Dominus, ut ipse sit qui horum eius disponat, & momentum, hodie descendit, indicans illum, sic hominem, vt timeat, cautele gerat, fugiat, sibi propiciat, nec andeat in Iudea demorari: Quia querebant eum Iudei interficere. His nos mater Ecclesia disponit, quatenus intelligamus quid sentire debeamus de Christi morte cuique tormentis. Nec hiannum induxeris, quod qua Deus erat, summa gloria, dolores non sentier, & quia coel. erat fortitudo, catnis non patetur infirmitatem: quia spinae in rubo manebat integras, ut nec in minimo consumeret illas ignis: sed nec vilis fuit homo, qui grauas verbera, cruciatus, & vulnera sentire, sicut nullus fuit, qui corpus habuit melius formatum, & sic diuinus, ad verba sensibilis.

§. 2. Ambulabat Jesus in Galileam: Assumpsit Dei filius naturam humana cum timore, & penitus illius quia sic gloria sua; & honori nostro conueniebat.

I Ncepit Sancta Mater Ecclesia Domini celeste passionem, ut Dominica præterita diximus, ad hoc, vult ut intelligamus, hanc vedocuerunt Hæretici tam fuisse & non tantum apparentem. Plures le- Christum gimus in exordio Ecclesia fuisse hæreticos, dono vera centes: quod Christus ullam peccatum vere perfuisse tolerat, nec timorem, dolorem, tristitiam, mortificationem.

Hieron. Bapt. de Lanzia, Tom. III.

temque tolerauerit. Primo: Judicabat illud Rati^o. 1. impossibile: eo quod veram haberet in se diuinitatem, cui repugnat peccata aliquam tolerare: quia in se totam includit gloria plenitudinem. Dixit Christus Samaritanæ: quod aquam habet, ex qua si quis biberet, non fuerit in aeternum: haberet eternum in pectore suo fontem perennem profundentem: & cùm qui hoc in se potiretur patitur, si uim foret impossibile, quo significare voluit quod habens in te glorie fontem, qui cunctis alijs eximit peccatis, in scillas ipse perpeti non posset.

Secundo: censebant indecentissimum fore Rati^o. 2. Deo nostra carnis subiacere miserijs, quas pec- carum intulerat: quinmo & inter nos indecorum videtur virto nobiliori pati famem, siti, tristian, plorare, fugere, comprehendendi, flagellari, mori, suspensi: quanto magis debet hoc Deo censeri ignominiosum & qua ratione de eo credendum est: quod timeat, fugiat, & querat latibula si plenaria ut confitemini potestate gaudeat. Ut ye- sus Deus: insuper & hoc maxime commune fuit Iudaorum & gentilium contra Christianos argumentum: quo explodant illos: quia hominem ut Deum adorabant de quo fateban- tur ipsi, quod timore mortis ad latebras con- fugerit, quod captus fuerit, flagellis caesus, ad mortem Crucis damnatus: cui illum inimi- ci affixerunt: hoc erat Iudaorum scandalum, haec erat stultitia gentilium obiectum, quod Christus, qui tales patiebatur cruciatus Deus esset.

Argumentum hoc ita prægnans aliquibus in II. primaria Ecclesia esse videbatur: ut pro illius Quid solutione responderemus: Christus in realitate ve- huic ratio natis nullam passus est peccatum: sed nec habuit, ni respon- sis in apparentia tantum exteriori: ut autem denuo hoc declararent, dixerunt: veram nostram non assumpti carnem, nec ea talis erat, quam demonstrabat, sed apparen^ts & phantastica, qualis ea est, in qua Angelii apparet: non enim est vera, sed ex aere composta & quamvis comedere viderentur, sicut Angelus Ra- phael, hoc tantum in apparentia fiebat exteriori. Hanc Doctrinam, vel melius dixerim, errorem hunc commentus est hæreticus penit contem- potaneus Apostolis vocabulo Marcio: hunc sub- sectus est alius quidam Appelles, docens: Cleri- ci corpus ex vera carne non esse formatum, sed ex parte quadam coeli: quoicunque in ventate esset impalpabilis, & tantum passus apparen- teret.

Has opiniones refert antiquus Textus, ea

P P P etenim

III.
Christo
conve-
niens fuit
veram af-
fumere
carnem.

IV.
Lapsus
humani
generis
fuit Deo
inimiculus

V.
Cur Deus
hominem
creaverit.

lib 2, 7.

VI.
Consilium
diaboli.

VII.
Naturam
humanaam
commu-
nical.

etenim intentione librum composit: *De Carne Christi*, in quo ipse, & Doctores ss. in suis operibus, quae conscriperunt, probant doctrinam hanc esse adeo exercitabilem, ut totam euerteret fidem Catholicam; unde cuncti conantur ex animo probare in particulari carnem, quae induitum erat verbum, ut nostram fuisse veram, & nedium Christo fuisse indecens cunctos in illa perferre dolores penitentes illi proprias, sed ex ratione decens & valde convenientes. Comprehendit D. Thomas horum omnium doctrinam, & incomum confirmat: qualiter illud fuerit Redemptionis nostre convenientissimum: & non solum non indecorum Deo, sed eius potius honor & gloria nostroque pro celum congruentissimum. Humani generis naufragium in non modicam cesserat diuini nominis iniuriam, & ipsius hominis derelictionem ineffabilem. Primo vero gerat hoc in Dei contemptum: etenim diabolus nostram euertere naturam, hoc pretendebat: ut Dei consilium diverset & propotius, Creatio Deus hominem ut esset velut suum regnum, in quo & per quem honoraretur, & adoraretur, hoc ille diabolus eripuit, nolitram sibi tyranicè nesciam subiiciens, & efficiens ut ipse in mundo tangam: verus Deus colletur, & adoraretur: tantum ut princeps diceretur mundi, post quem, ut Dominus absolutus, ambulabat, & ut Deo non vestitus sit exprobatur: *Circum terram, & perambulauit eam*, velut Rex in suo regno omnipotē incedens, & quasi gloriatus quod hoc Deo tegnum eripuisse. Pater fecit Deus hominem, & vacnas illas palati celestis sedes imploret, ex quibus diabolus cum affectis suis fuerat exturbatus; nec ratione consonum erat: ut ille vacue remanerentur. Conatur Satan hoc Dei propotius invertere, nostram peccato committans naturam: non erat enim verisimili hic quod naturam nostram peccato sordidam in illas Deus sedes minime recipere quia in illam supernam ciuitatem nihil intrat inquinatum: & ipsum Deus ob unum superbie peccatum, inde expulerat, & in tartari profundum deiecerat, reuelavit illi Deus cunctisque Angelis, dum illos creavit, quod naturam assumpturam esse humagam: licet non eius rationem: ut alias diximus: diabolus subtiliter turens inuidit tantum à Deo non ferens homini conferendum beneficium, sibi in natura inferiori, voluit & hoc Dei decreto immutare: nam non ignorans quantum Deus diligit mundum, quodque vestem non esset induitum peccato maculatam, studuit totam hanc sedare

naturam, conatus illam nedium reddere indecoram, quā Deus vestiretur, sed infuper oculis eius abominabilem, & execranda s' hoc egit Stratego quod nominatisimis ille Turcarum Imperator: ma Amurathus: obtinebat Graci ciuitatem Nor' rathis, uigradum inter eceras illis maximē gratam *Vide Ps.* & recreationis obiectum: illos eo deducere non sed *To 4.* dicit, ut hanc defereat, & execrarentur: quid M. Erol agit? fontem habebat lymphaticum, non erat autem quod Gr. i. pertinacis & insuolabilis hanc tuenter superstitionem, ne aquam biberent, in aquam excederet, vel inuentum fusset animal mortuum. Canem appendit, illamque tam ei sonriuere: quod factum est ut ciuitatem illam habent abominatione, itaque deferebant, eam; gitur ipse occupauit suoque subiectum imperio. Haec mens erat diaboli (si Diuino Bernardo etendimus) canam mortuum peccati: sicut impientis humanae naturae, Deum obligare, ut nendum ex hac non biberet aqua, eam ne sibi impotaret, sed infuper illam abominaret & in omnibus excoa deficeret. Itaque quasi glorabatur diabolus, agebatque triumphum sibi persuadens quod cuncta Dei consilia, & deicta funditus euerteret.

Secundo: fuit hoc opus homini maximē injuriosum & probrosum: etenim ille fuit, qui satanae fraudibus & mendacijs uretus miserabiliter est ab eo superratus, hic erat, qui de præclaris hominibus lapsus erat dignitate, in qua Deus illum probosse cauebat, creaturis omnibus in hoc mundo visibilis ante superior, & iam ad uirilissimum & pusilliormum animalium delectus abiectionem: Homo cum in honore esset non uelox, & comparsus *Pj. 48. 13.* illis: qui prius tempium erat Dei, & dominum nichil habitationis, frater Angelorum, terreni possessor paradisi, & celestis heres, suum cōdetecit naturam, ut vitabulum esset bestiarum, affectuum bestialium, appetituum irrationabilium Satanae subiectus, mortis reus parum est temporalis, sed sempiternæ, unde cum iam homo peccasset, Deuile aderet, ut cum pro culpa corripere inobedientias aderat illi pernix Serpens: quasi de Deo, & de homine triumphantem manifestans.

Cum igitur iactura hec & dannum in Dei, hominique vergere inuioram, & ignominiam: Ambo cōoperebant ut ambo sibi de remedio consulerent, currunt. Poterat quidem Deus venire solus, illudque sola ad hominum omnipotenti manu operari: sed congruum nisi reparatio erat medium: nec honori suo, nec hominis ratione decori consultum; non honori suo: quan-

doquidem

doquidem modicum Deus referret inde, si dia-
go Cœpo bolum pāti marte debellaret: (a) etenim notissi-
mæ sunt infinite Dei vites diabolice longè su-
periores: & exiguis inde Deo honori proflueret,

XL. Similitudo. si pulicem vel mūscam contereret, & crabroneum
extremo dīgi fūi comprimeret; quid multa
tibi aduersaria te supplanteret, te pules proferret,
te crabro dejetat, certe permagnum est, al-
cīco suos supplantatus minicos, noī contra
illos egressus est propria potens essentia, sed
anulicis & crabronicis Pharaonī totique eius
regno bellum intulit, iisque suos oppreslit ad-
uerarios. Per manū milieris caput absulit
Holofernis, totumque dissipauit exercituum
Assyriorum. Diviso expediens erat honori omniū
maxime infirmum assumere medium, quo diabolum supplantaret, & hec nostra fuit
natura humana. Deinde vile fisi conqueriret
Deus nomen, si illo non interveniente manu a-
lēna genus humanum repararet, sicut & Du-
ci indecorum est, qui propugnaculum perdidit;

quod alius illo fortio idem recuperet, & illi
reddat iam recuperatum. Hoc eius honorū ad-
fertibet, si qui illud perdidit, illi concurset
bellum inferre qui hoc sibi eripuit, illiusque vin-
ceret atque ex illo summo cum dedecore elimi-
naret.

XIII. Hanc rationem assignant SS. Pates cur
Deus hominem noluerit per Angelos sedimere;
Angelos etenim facile fuisse vel eorum minimo, totum
noīnum prosterneat. Dīs exercitū voluit eum myste-
riū hoc ad hominis petagi gloriam, sic ut ille,
cui vīctus fuerat, vinceret: & qui à dæmonē
captus fuerat, in eum deuto relurget, illum
ligaret, illum captiueret. Ea mente decrevit ut
viventur patrī gressu procederent. Deus &
homo: cum enim iniuriam ambo & dodecas
retulissent, ut offendam hanc ambo repararent.
Offendit Deum diabolus per medium infirmati-
tis humanis: hanc Deus assūptū infirmatē,
qua vinceret dæmonem & honorem suum re-
dintegret, & ambo patiter contra ipsum pro-
deunt in arenam.

XIV. Valde frequens est ad lucrum copiosus à
mercatoribus iūtrai societatem, in qua quaque
suas exponunt opes, & ambo simul adlaborant
hic aūum lūum, argētum, & numerūs expo-
nit alter vestes suas, facultates, & actiones, ex
quibus communis resulat quidam cumulus
quo negotiatur. Lucrum adeo grande compa-
randū est, quod infinitus captiuis sedimēndis
& regis conquirendis exlestibus sit sufficiens;
eo fūe societatem inuenit Deus & homo, &

has quaque exponit facultates.

Quid habet Deus? diuinitatem, gloriam, fa-
cilitatem, fortitudinem, omnipotentiam: omne
bonum. Quid habet homo? humanitatem, in-
firmitatem, paupertatem, mortalitatem, crucia-
tus; sicut ex his duabus facultatibus quædam v.
& homi-
nū, & ponatur velut in area vel cunulo diuini nis.

Iuppedit in quo simili virtutis quidquid boni

XVI.

Deus in sua præsidet natura: & quidquid mis-
ericordiarum, atque infirmatum in his homo possi-
natur. Dixi in sua: ut intelligamus defectus nostri, huma-
nos.

nos: Dei filius assūptus, & eleganter expo-
proubit, D. Thomas & anterior illo declarauerat XVII.

D. Damasc. Omnes illos assūptū, qm huma-
nū sicut proprijs natura, sicut ciuilem propri-
tatem, nō assūptū.

proinde peccatum non assūptus: hoc p̄t̄ pecca-
tū enim ex ipsa natura in se non procedit, sed ex tum ne-

eo quod peruersa voluntas à dæmons concitata, morbos.

illud voluerit committere: Hoc enim (audio D. 3 p. q. 14.

Damascen.) non naturale s̄t, nec ab opifice nobis a. 4.
iudicium, sed ex diabolo respersum, in nostra libera. D. Damasc.

possibilitate electione, spontaneè constitutum, non vero t. 1., mod.

linea nobis dominans. Nec similiter infirmitates fidet t. 14.

assūptus (ex doctrina Doctor Angelici) quas in fin. &

homo patitur, febrium, pituitatum, podagra, L. 3. c. 20.

calculi, colice, lepræ: illa etenim naturam non

consequuntur humanam nec illi sunt in se pro-
prietate: sed tamē secundum quod in hoc vel

in illo defectus est, ut in vīctute formavīa, quan-
do homo concipiatur, vel in calore naturali, vel

in humorū repugnāia, vel propriæ excessus
in comedendo, in bibendo, vel ex defectu scien-
tia regimuntur. Nullum eorum assūptū defec-
taūi: quia nec in eis potuit defectus esse

conceptione: quandoquidem operante spiritu
Sancti conceptus fuit: nec in eius humoribus

irritatio. velut ensimē opera compositis:

nec excessus in eis vel potius quia in illis omni-
bus eadem semper fuit seruata moderatio. Om-
nes illos assūptū defectus, qui naturali ipsam

in se consequuntur: assūptū fūit, famam, fa-
tigacionem, pessimas, dolores, timorem, tristitia-
m, mortalitatem, & ipsam mortem: quas

omnes passiones vt notat D. Thom. D. Damasc.

vocat naturales & indexactibiles passiones: Na-
turales: quia consequuntur communiter totam na-
turam humanam: indexactibiles autem: quia

defectum scientia & gracia non important. Natu-
rales autem & innocue passiones es sunt (sic D.

Damascen.) quia non in nostra potestate s̄t sunt, L. 3. c. 20.

quacunque ex condemnatione ob transgressionem
in humanam ingressu sunt vitam: ut sunt fame,

siccus, penna, labor, lacryma, gula, sanguinis, & ob

natura infirmis item ab Angelis confortatio + & infirmoli &c. Itaque conculit Deus naturam suam diuinam, & quidquid eam consequebatur: consultit & homo naturam suam humanam, & quidquid eam consequebatur, hoc est quod D. Ambros. ait: *Peculum quod ex virtute diuina & humana infirmitate factum est*. Perpende Christum (inquit D. Ambros.) ea qua ipsius sunt inuenies, *Jud: facta & tua: tua est humana natura: cuius est eam esse multi*, quod nascitur plorans, ipsius est; quod de virginie matre nascitur: tuum est, quod reclinetur in praesepio, eius est quod gloriam illius carent Angelii: tuum est, quod terram calceret, ipsius est, quod per mare velut solum lateritium obambularet: tuum est quod famem feriat, eius est, quod quinque milia fariet in deserto famecentium: tuum est, quod moriarum inter latrones medius, ipsius est, quod inter personas vivat diuinam: illum considera in deserto beatois commouentem: *Et erat cum bestiis: ait E-*

Mat: 4,11 vanz: & quod eo conuoluerunt Angeli illi seruitur: Accesserunt Angeli & ministerabant ei: tuum est (inquit S. Doctor.) quod bestias patitur, suum est quod ab Angelis pradicantur. Ex his argumentum formant SS. Patres, quo confundant inegitatem illorum haereticorum amentiam, & eorum omnium, qui dixerant quod Dei filius veram non assumperit carnem humanam, passibilem, mortalem, fami, labori, fatigacioni, frigori, siue expositam; etenim arguebant hanc omnia tanta indigne esse maiestate: quodque proinde eius humanitas, phantastica tantum fuisse, vel de coelesti quadam parte, vel aere compoita.

XVIII. Vah haereticos proditores per quod enim Dei videmini velle honori confuleret, per hoc ipsum illi detrahitis, & omnino nostrum cueritis, non spectat ad Dei honorem fallere & mentiri, si vera non fuisset, sed phantastica eius humanitas: similiter & eius dolores non veti essent, sed facti, falleret Deus & mentiretur. Similiter diuino derogabat honori partem quandam sumere celi, in medium, quo diabolus superaret: hoc enim quid est longe praecepsissimum: sed eius confutum est honor, dum vice diabolum infirmitate, paupertate, penitus aque cruciatis. Non haec fuisse illi summa gloria suis nos ditare diuinitus, nos sua gloriosos reddere gloria, & nos sua fortes efficiere fortitudine, sua vita nobis vitam elargiti. Haec autem suprema eius est gloria per mortem dare vitam, per paupertatem diuinias, per infirmitatem fortitudinem,

8. *¶* dinem, per lacrymas quietem, & per supremas iniurias ad supremam eucere gloriam celiique dignitatem.

Nec similiter nostro prospectum est et honori: etenim nisi nostram veram assumperit humanitatem, dolores nostros, & infirmitates: partem in hoc opere nullam habemus: sed illud veram nobis tradere perfectum. Hoc igitur est, itam ratiocinio nostro concenit honor: ut verum sit diuinitas cum veris suis diuinis perfecta proprietatis: & vera humanitas veris humanis fratribus constant proprietatis: ut dicatur quod sicutur.

Deus supremum hoc per humanam infirmitatem mysticum operatur: similiter & homo, qui diuina fultus virtute hoc mysterium operatur. Gloria hęc nostra est, vt in illo opere praecepsissimo pateat id quod nostrum est, & si Deus hoc operatur, hoc operatur per illud quod ex nostra sumptu natura. Hinc causa intelligitur ob quam Ecclesia, Apostoli, & Doctores Ceteri hoc tanto concient studio illud declarare, & praecipitatem explicare: Quid tamen rei est si credendum estere nostra carnis euangelio misericordia cum dum diuinitate vnonem an credere non sufficit quod Deus me redemerit, & diabolice eriperit servituti, demonemque prostraverit? nequaquam etenim necessarium est, modum intelligere, ad diuinam nostramque gloriam: diuinam autem contemnit ille gloriam, qui nequaquam intelligit, quod opus hoc Deus per nostram operatus sit infirmitatem; nec minori nostram ludibrio gloriam expavit qui disficeret id, quod ex nostra confluxit parte nostrum illud fuisse, per quod tantum impletum credimus esse mysterium. Itaque mea humanitate meis penitus dolosus meis, meaque morte, quae sibi verbum assumptum redempti sumus, & captiuus fuit victimus diabolus.

Hinc D. Iohannes sepe valde turbatum ostendit contra illos, qui hanc conabantur incipiari veritatem: *Omnis spiritus qui non confiterit Iesum Christum in carne venisse, Antichristus est: & omnis spiritus qui sicut Christum, Antichristus est*. Ne mihi veram carnem humanam negaveris cum suis defectibus & miferijs in Christo; a iocunditate dicam Antichristum Nemichi Christum dissolueris: quicunque enim illum soluerit cum esse dic Antichristum. Quid est Christus? area praeclarissima, in qua vniuersitas facultates & bona Dei felicitet & hominis: eo modo quo in contractu societatis, vniuersitas & huius & alterius facultates: ita ut operetus cum humana infirmitate Deus: cum diuina virtute.

virtute operetur homo. Ne duas hos dissonas naturas: eris enim Antichristus gloriae Christi aduersarius; & quia Christus Deus est & homo, per hoc Dei & hominis gloriam alpernaris. Sic le Tertius fortiter opponit Marcionum: o heretice: Quid dimidias mandato Christum. O quæ est hæc gloria noltra: quod si Deus me redimatur, & diabolus vincat, mesq; subiectus peccatis: hoc fit meis armis, quibus redemptio nōm Deus operatus est; pœnis, infamatiis, doloribus, morte: illa vero mea sunt & quanto hoc patet evidenter, tanto Deus redditus glorioſor qui talibus medijs tam eximium operatus est mysterium: & homo tam honorabilior, ex cuius armamentario hæc ad suam victoriam armæ sumptis inferiora.

Tertull.
L. de car-
ne Christi
6.5.

XXII. Daudi in arenam deflecentem contra Goliat obtulit Sæti armæ sua, idq; honoris & gloriae cupidus: si namque illis Daudi induitus vicit reteretur, huic gloriae partem, & triuphi sibi Saul vindicaret: etenim diceret si David gigantem prostravit, mea fuerunt arma, quibus de illo triumphauit: ea de causa noluit Deus, vt illi quadruplicet, nec illis viceretur, vt tota gloria Davidis scriberetur, illique soli caneretur opinacion. Deserviatur Dei filius cum infernali gigante, cum illum suis momento temporis posset armis invenire: noluit tam: sed ad armamentaria humanæ naturæ recurrerit, illa se vestit, illius armis præcinctus præalium aggreditur: quatenus per hoc & homo reddatur glorioſus, habeatque partem in hoc diuino triumpho: & si ea de cuncta Deo laudes concinant celi & cœlestes: homini similes laudes concinant: & per hoc maior sit diuinæ gloria celistudo: cum enim vicit gloria non possit armis adscribi cum sint hæc ipsa infinitas: tanto notior omnibus sit eius virtus & pectoris fortitudo. Itaque sicut, quatenus constaret, quam Deus ex sua parte in hoc nostræ redemptio[n]is Sacramento poneret facultatem, necessarium fuit vt Christus opera patraret diuinæ mortuos suscitaret, mundaret leprosos, super aquas incederet, se gloriolum offendere, qui heri sua vocis impetu maximam Principium deinceps potestatem; si quatenus pateret, quid homo ad idem ex parte feceret, opera erant necessaria in quibus humana clareretur infamitas, famæ, sitis satiatio, mictus, anxietas, talia qualia nobis hostie proponit Euangelista: etenim illum videmus Galileum potenter, & timore mortis porterritum, quam illi in Iudea hostes machinabantur, latibula quæfuisse.

Cur Da-
vid Saulis
arma non
sump-
pedit.
3. Reg. 17.
38.

XXIII. Hoc Chri-
sto acco-
modatur.

§. 3. Assumens Dei filius timores nostros, & pœnas, illus Desificauit & sanctificauit in nostrum commodum: vt declarant D. Damaſe, & Card. Caietan.

N On tantum Dei filius nos assumpit defec-
